

(7) Ut diebus dominicis et sollempnitatibus seu festivitibus sanctorum ad ecclesiam omnes christiani casto corpore et mundo corde cum cereis et oblationibus suis venire non neglegant et usque dum missa peragatur in ecclesia omnino permaneant. 30

(8) Ut ecclesię per singula loca contemplantur a missis nostris simul cum episcopis eorum primo in diocesibus episcoporum, qualiter condirectę sint atque provisę in tegumentis et ornatibus ceteris seu luminariis atque offitio diurno simul et nocturno. 35

Similiter etiam capellę nostrę seu quę sunt in curtiferis nostris, ut ipse honorificam ac dignam provisionem habeant secundum quantitatem et qualitatem rerum ibidem pertinentium, ut in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum dominum nostrum. 40

Deinde etiam quę sunt in beneficiis nostris, qualiter eas ipsi benefici(a) habentes pręvideant, ut honorem condignum habeant atque provisionem.

Deinde vero ecclesię baptismales vel alię ad episcopatum pertinentes sive etiam proprie populorum, quia volumus, quantum fieri valeat, ut omnes omnino honorem ac provisionem deo placabilem habeant. 45

(9) Ut beneficia nostra bene pręvideantur, sicut iam ante mandavimus, ne quis de nostris sua propria augeat nec nostra dispoliet, sed ut sua, ita etiam nostra bene pręvideat et procuret.

(10) Consuetudinem offerendi in ecclesia omnino dei verbo et nostro tenere pręcipimus, quod unusquisque pro se ipso agere debet pro remedio animę suę ac pro omnibus ad se pertinentibus vivis ac defunctis, sive etiam pro aliis, pro quibuscunque voluerit caritatis studio ac devotione, ut illis proficiat ad eternam salutem. 50

(11) Similiter etiam pacis osculum inter se facere in ecclesia pręcipimus, ut pax Christi firmā inter nos esse monstretur. 55

---

c. 7: Zeilen 29–31: vgl. Kapitular Nr. 23 (a. 789) c. 25 und Nr. 26 (a. 785) c. 18 (MGH Capit. 1, S. 64, 9 und 69, 29f.); siehe auch oben S. 407f. Kapitular I c. 22.

Zeile 31f.: siehe oben S. 402 Kapitular I c. 7.

c. 8: Vgl. Kapitular Nr. 49 (a. 806) c. 4 (MGH Capit. 1, S. 136, 9ff.). Siehe auch unten cc. 9 und 35. Zu honor und digna provisio der Kirchen siehe auch oben S. 401f. Kapitular I c. 6.

c. 9: Vgl. u. a. Kapitular Nr. 33 (a. 802) c. 6, Nr. 34 (a. 802) c. 10, Nr. 35 (a. 806?) c. 49, Nr. 46 (a. 806) cc. 6 und 7, Nr. 49 (a. 806) c. 4, Nr. 59 (wohl a. 802) c. 3, Nr. 77 (a. 802–803) c. 4, Nr. 80 (a. 811) c. 6 (MGH Capit. 1, S. 93, 4f.; 100, 29f.; 104, 22f.; 131, 31ff.; 136, 13ff.; 146, 23f.; 171, 5f.; 177, 4f.). Siehe auch voriges Kapitel.

c. 10: Vgl. sog. Bayer. Konzil (um a. 800) c. 4, Mainz (a. 813) c. 44 (MGH Conc. 2, 1, S. 52, 18ff.; 271, 17ff.) u. ö.; dei verbo: Ex. 35, 29 u. v. a.

c. 11: Siehe oben S. 410 Kapitular I c. 30.